



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Procvrationis, quæ Episcopo visitanti debetur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

coram ipso tunc Auditore sacri Palatii die 12. Februarij 1588., & tanto magis fuimus moti ad sic consulendum, nam dicti coloni fundos Ecclesiæ steriles, & paludosos reddiderunt fecundos, & propterea non poterant expelli per text. in leg. quicumque la 2. Cod. de omn. agr. defer. lib. 11. vbi Nouarius idem in eius singularibus adnotationibus.

RESOLVT. CXLVII.

- 1 Fructuum nomine quid veniat, & num. 3. & in quibus consistant num. 6. & qualiter differant ab obventionibus num. 7.
- 2 Legatum fructus fundi comprehendit vsufructum.
- 4 Proventus nomen est generale.
- 5 Redditiu appellatio quæ veniant.

Appellatione fructuum reddituum, & proventuum quænam veniant ad effectum incurrendi in censuram contra occupantes fructus, &c.

Respondeo quod fructus pro eadem refumuntur à Bart. in leg. fundi Trebatij per illum textum ff. de vsufruct. leg. & fructus nomine veniunt etiam obventiones l. vsufructu legato, ff. de vsufr. item factus animalium, lac, & pilus, & lana, l. in pecudum, ff. de vsufr. Item pensiones prædiorum, l. prædiorum, ff. eo. & l. atqui natura §. non tantum in fine ff. de negot. gest. Item vsufructus, nam legato fructu fundi videtur legatus vsufructus l. per seruum §. si vsufructus ff. de vsufr. & hab. Item vsura, l. vsura, ff. de vsufr. Item collatio beneficiorum, quæ dicitur esse in bonis, & in fructu mensæ Episcopalis, vt notant glos. Panor. & alij in c. cum olim de maior. & obed. Item licere obligare, fructus appellatione continetur, leg. si fructus rei ff. de reg. iur. & l. fin. ff. de vsufr.

3 Denique fructus nomine veniunt, tam fructus industriales qui producuntur magis opere, & industria hominum, quam à natura, & est frumentum, hordium, & alia quæ ex serendo proueniunt tam fructus naturales, vt sunt illi, pro quibus producendis plus natura quam hominum industria operatur, vt sunt poma, pira, & quæ ex Sylua ceduntur, l. fructus, ff. eodem tit. late Couar. lib. 1. variar. resol. c. 3. sub num. 6. vbi ait relinquendum esse arbitrio Iudicis, quando magis hominum industria, quam ipsa natura, & è conuerso fructus proueniant ad quod allegat Panor. in c. granius de restit. spol. & alios, & tam fructus artificiales, vt sunt pensiones domorum, vt infra dicemus, ex Bald. licet idem Bald. in leg. si traditio Cod. de act. empt. vocet huiusmodi fructus industriales.

4 Sic etiam proventus est nomen generale ad omnes redditus, & fructus, nam redditus dicti sunt à verbo redeo, quia quotannis è fundo, vel predio ad nos redeunt, seu veniunt: proventus verò à verbo prouenio, & sic tam redditus, quam proventus significant prouenientes fructus, tum naturales, tum industriales, tum etiam artificiales, vt sunt pensiones domorum deductis tamen expensis, vt per Bald. in c. cum M. Ferrar. num. 6. de constit.

Hinc proventus ex Dyn. in c. pastoralis de donat. aliquando dicuntur spiritualium redditus, vt quarta decimarum oblationum, & similium quæ de multis, aut iurisdictione proueniunt, & moderatum auxilium.

5 Contra verò redditus appellatione omnes prouentus continentur, habetur ex Paul. de Eleaz. & Zabar. in clem. vnica de excess. Prælat. Vnde obventiones sunt reddituum quoque species l. magis puto §. si pupillus ver. querere ergo debet ff. de reb. eo. qui sub tut. & cur. Item census annui veniunt reddituum appellatione c. 3. de cens. qua propter dantur agricolæ censiti, idest censuales qui rei tacite annuatim præstandæ

obligati sunt, vt in toto tit. de agric. & cens. lib. 11. & iste census dicitur priuatus ad differentiam census publici, quo alio nomine dicitur tributum, seu publica pensio l. si accipitur, C. si propter pens. public. l. 1. C. in quibus caus. pign. vel Hypot. tacit. contrah. Deum reddituum appellatione latissimo sumpto vocabulo veniunt etiam fundi redditus afferentes, vt in auth. vt qui oblig. se hab. §. licebit autem. Immo redditus annui inter immobilia computantur, vt in dicto §. licebit autem, & iubemus nulli §. 1. C. de sacrosanctis Eccles.

6 Quod si fructus, & redditus strictè cõsiderentur differunt inter se, nam omnes fructus consistunt in redditu, vt in l. Paulus §. 1. ff. de vsufr. sed non è contra, quia partus ancillæ est in redditu non autè in fructu, etenim absurdum est hominem in fructu esse cum fructus rerum, natura hominis gratia comparauerit leg. in pecudum §. partus, ff. eo.

7 Idem fructus strictè sumpti differunt ab obventionibus, quoniam fructus ex re percipiuntur, vt triticum ex agro, poma, & pira ex arboribus, obventiones autem propter rem, vt sunt pensiones domorum, & his similia, vt per Alber. de Rosat. in suo dictionario in ver. fructus quandoque.

PRAXIS PROCURATIONIS, quæ Episcopo visitanti debetur.

RESOLVT. CXLVIII.

- 1 Procuratio debetur Episcopo visitanti, & quid veniat appellatione procuratoris, num. 2. & 3.
- 4 Munera non recipiuntur à visitante.

Episcopo in visitatione, quæ licitè debeantur à visitatis.

1 Certum est, & seruatur quotidie in praxi, quod procuracionem, siue alimenta illius diei, quo visitatur, pro Episcopo, & suo comitatu visitati prouidere obligantur, vt statutum est in c. 1. de censibus in 6. & in Sac. Concil. Trid. sess. 24. de reformat. ca. 3. vbi quod non epulæ sumptuosæ, sed victus frugalis pro temporis necessitate, quo visitatio expeditur, & non amplius dari debet.

2 Adeo quod visitati solum tenentur dare ea omnia, quæ concernunt victum, scilicet potum, & esum, tum autem alia concernentia necessaria personæ, puta si vellet Episcopus visitator potare medicinam, vel aliqua extra ordinarium victum accipere, quia ad illa visitati minimè tenentur, vt post Zerol. in sua praxi Episcopali in verbo visitatio §. 6. dub. 1. recenset, docet Nouarius in opusculo iuris Pontificij noui conclus. 5. n. 2. sub rubric. de visitatione pag. 281. col. 1.

3 Et non solum iste victus debet dari pro persona visitantis, & suorum familiarium, ac seruorum, sed etiam pro equis, vt dixit Genuen. in praxi Cur. Archiep. Neap. c. 19. n. 12. vbi etiam quod subditi non tenentur ministrare Episcopo visitanti equituras, & sic mercedes equorum, sed solum victualia pro equis, nisi tamen visitator esset prælatus à Papa delegatus, quia tunc deberentur mercedes æquorum, & viaticum de loco ad locum, quod etiam post doctrinam glos. in clem. 2. de censibus, & post Azor. instit. moral. lib. 3. c. 42. quæst. 8. aduertit Nouarius allegata conclus. 5. n. 7. de visitat. col. 2. nec tenentur visitati ad ferraturas equorum visitatoris clem. 1. de censibus, lo: Monach. & Gemin. in c. 2. de censibus in 6. Genue. in praxi Archiep. c. 21. num. 12.

4 Munera autem qualiacunque, & quomodocunque illa offerantur recipere non potest Concil. loco cit. nec quidem commensibilia, vt illa secum asportet, Imol. & Anchar.

Anchar. in d. clem. 2. de censibus. sed omnia restituere tenetur, idem Nouarius loco cit. sub n. 8. taliter quod Episcopus visitans nequit fragmenta panis, aut capones integros, qui remanent in mensa pro eius victu secum deferre. Genuen. loco cit. n. 13. alias peccaret mortaliter, & intra mensem tenetur ad restitutionem dupli, & si non restituerit est suspensus c. 1. §. procuraciones de censibus in 6. Leiuam in exam. Episcoporum. tit. de visitat. num. 64.

RESOLVT. CXLIX.

- 1 Procuratorio debetur iuxta consuetudinem loci, & quid si desit consuetudo loci particularis. num. 3.
- 2 Consuetudinis vis est magna.
- 4 Visitati non tenentur erogare expensas nisi pro moderato comitatu.

Quanta esse debeat procuratio debita Episcopo in visitatione.

- 1 **A**D sciendam quantitatem procurationis debite Episcopo visitanti, certum est, quod debet seruari consuetudo loci, ita vt alias solum praestari hodie, & imposterum solui debet cum sic videamus in solutione decimarum, in quarum solutione debemus sequi consuetudinem. Io: Andr. in c. final. circa fin. de paroch. Rocch. de Curt. in tract. de consuetudin. n. 94. & 260. Balb. in tract. de praescript. part. 5. quaest. 5. vbi dicit communem opinionem, prout idem est in solutione gabellarum. I. fin. §. diui ff. de public. Bal. in l. 3. col. 2. C. de Naut. fen. Iason conf. 10. col. 3. vol. 1. Bal. in l. ex praestatione C. de vectig. Ruin. conf. 202. in fin. vol. 2. sique etiam in contractu emptionis, & venditionis, quod debeat attendi consuetudo probatur in leg. si fundus ff. de euiction. Bar. in l. ex ea parte ff. de verb. oblig. Caltrenf. & alij in l. cunctos populos C. de Summa Trinit. & fid. Catholic. sique in venditione gabellarum dixit Bart. in l. cum nulla, C. de pascuis public. lib. 11. Bertacch. de gabell. 3. in q. 2. part. Ruin. conf. 74. volum. 1. quorum omnium ratio est, quia magna est autoritas consuetudinis, ita vt vincat statutum. Felin. in c. 1. n. 4. de sponsal. Decius conf. 590. n. 8. Menoch. de arbitr. Iudic. gl. 71. n. 4. Tusc. concl. 810. num. 7. lit. C. quos cum alijs allegat Nouarius forens. quaest. 103. n. 2. l. 1. vbi etiam quod consuetudo derogat iuri positio ex Grat. decif. March. 24. num. 14. & quaest. forens. 85. n. 13. cod. lib. 1. fundat consuetudine dare iurisdictionem, imò merum, & mistum imperium, taliter quod ibidem n. 12. affirmat consuetudinem in onerarijs loci attendendam esse ex text. in c. cum olim de consuet. Franc. decif. 288. n. 4. quia consuetudo est optima interpret legum, & dubiorum leg. de interpretatione ff. de legibus cap. cum dilectus de consuet. eiusque vis est maxima, vt plenè probat Nouarius in pragmaticis Regni collect. 151.

Benè verum vbi consuetudo particularis non vigeret, visitati non tenerentur soluere, nisi ratham victus, qui potuisset praeparari pro visitante eiusq; familia, & sic illud, quod expendere potuisset ad dandum alimentum pro illo tempore quo visitat, seu teneretur soluere, vbi in pecunia visitati vellent soluere procurationem.

- 4 Aduertendo quod visitati non nisi pro moderato comitatu expensas erogare cogerentur ad tex. in c. cum Apostolus de censibus Pialeg. in praxi Episcopali p. 2. c. 3. sub n. 64. verf. & non nisi, taliter quod si visitates asportarent magnam cateruam non essent obligati visitati procurationem soluere habito respectu ad omnes illos, nisi tamen illam quoque visitans haberet in suo seruitio, puta quia essent de familia Episcopi, nā tunc omnes, vel alendi essent pro illo tempore, vel habito respectu ad numerum procuratio soluenda esset.

Vnde Illustrissimi Pastores aduertere debent ad nō vexandas miseras oues, nisi quatenus suppetunt vires visitatorum, & iuxta onus familiae, quam visitantes secum ducunt, nec aliter, nec alio modo, quia secundum Leiuam in exam. Episcoporum lib. 4. c. 26. de visitatione n. 59. licet quam familiam debeat portare Episcopus in visitatione non sit taxatus numerus a Sacro Concilio, sed relinquitur arbitrio Episcopi, tamen dicit ipse, quod debet esse familia pauca, & necessaria nē populus grauetur ex eodem Concilio sess. 24. c. 3.

RESOLVT. CL.

- 1 Procuratio dari potest a visitatis in pecunia.

Procuratio an possit dari Episcopo in pecunia.

- 1 **L**iberum est etiam visitatis, si velint pecunia redimere procurationem, & visitator tenetur recipere in ea specie, quae fuerit oblata c. felices de censibus in 6. Concil. Trident. sess. 23. c. 3. de reformat. Pialeg. in praxi Episcopali p. 2. c. 3. de visitat. quorumuis exptorum sub n. 64. in fine pag. 229. quem refert, & sequitur Nouarius in iur. Pontificio nouo conclus. 5. n. 8. de visitatione, vbi pariter aduertit, quod in huiusmodi casu, etiā est obligatus visitator omne id, quod superest de ipsa pecunia, ex Nald. in summa in verbo visitare n. 10. illam adducens rationem, quia si de visitatibus nihil secum deferre potest, vt probatum fuit supra in antecedenti resolutione, ergo neque de pecunia, quae in locum victualium subrogata esse videtur, & cum ratione quidem, nam in iure est dispositum, quod subrogatum sapit naturam illius rei, in cuius locum est subrogatum, l. cum, qui ita §. iniuriarum ff. si quis caut. §. fuerat, vbi Faber, & Iaf. instit. de action. adeo quod fiat subrogatio cum omnibus qualitatibus, quae inhaerent rei, in cuius locum est facta, & hoc tam respectu rerum, quando vna res est subrogata, in locum alterius, quam etiam respectu personarum, quoties vna persona representat aliam, l. fin. C. de proxim. sacror. scrib. lib. 12. Morot. conf. 20. n. 7. & latius Peregr. de fideicommiss. art. 16. num. 30.

RESOLVT. CLI.

- 1 Procuratio exigi potest ab Ecclesijs Ciuitatis, dum visitantur, contrarium seruatur auct. num. 2.

Procuratio an sit recipienda ab Ecclesijs Ciuitatis, quando visitantur.

- 1 **E**X venerabili de censibus percipitur conclusio acceptata etiam a Canonistis, quod procuratio exigi potest ab Ecclesijs Ciuitatis, dum visitantur, quod est verum, quamuis Episcopus possit reddere ad domum propriam, vt dicunt ibidem Abb. Hostiens. & alij scribentes, cum non tantum ratione interesse, sed etiam ratione officij, & in signum subiectionis detur huiusmodi procuratio, vt notat Leiuam in suo exam. Episcoporum. tit. de visitat. lib. 4. c. 26. n. 58.
- 2 Tamen ego in varijs visitationibus factis in mea Ciuitate Vici Equesi, nunquam volui accipere talem procurationem a Rectorib. Ecclesiarum sitarum intra Ciuitatem, imò & prope illam, prout & ita vidi seruatum multis annis a diuersis Illustrissimis Archiepiscopis Neapolis, qui pro tempore fuerunt, de qua etiam consuetudine testatur quoque Genuen. in praxi eiusdem Curiae c. 19. vbi dicit quod Neapoli seruatur, vt procuratio non recipiatur ab Ecclesijs Ciuitatis, sed suburbiorum distantium, quam consuetudinem seruandam esse annuit ex Concilio Tridentino sess. 24. de reformat. c. 3. Ibi pro temporis tantum necessitate, &c.

tate, & nō vltra, & eandem sententiam, & opinionem post ipsum approbavit Piafeg. in sua praxi Episcopali p. 2. c. 3. n. 65. vbi voluit, quod dum Episcopus visitat Clerum suae Ciuitatis procuratio illa nulla debeat, & quod sic pluries respondit Sacra Congregatio Concilij, sequitur recentissime Nouarius in opusculo noui iuris Pontificij concl. 5. n. 3. qui supradictos omnes citatos adhuc allegat, addo Leiuam in examini. Episcoporum lib. 4. tit. 26. de visitat. n. 62. vbi etiam, quod Laici gratis sunt visitandi.

RESOLVT. CLII.

- 1 *Procuratio non exigitur ab hospitalibus confraternitatibus, vel extauritis prae consuetudinem, & de ratione n. 2. contrarium habetur num. 3.*

Procuratio an possit exigi ab Hospitalibus, Confraternitatibus, vel extauritis, quando visitantur.

- 1 **V**icumque non obstat solitum, & consuetudo dicendum est, quod nō possunt Episcopi exigere procurationem in visitatione, quando visitant hospitalia, Confraternitates, extauritas, & similia, loca pia, ita Lap. de Caution. in tract. de hospit. n. 98. Bonifac. in clem. quia contingit n. 94. & ibi etiam Cardinal. & Imol. de Relig. domib. Genuens. qui testatur de communi Doctorum sententia in praxi Curiae Archiepisc. Neap. c. 17. n. 2. Thesaur. Fori Eccles. c. 16. n. 4. p. 2. Nouarius in opusculo noui iuris Pontificij concl. 5. n. 5. sub rubr. de visitat., qui loquuntur in procuratione non debenda a visitatione Hospitalium.
- 2 Cuius conclusionis ratio est, quia talia bona huiusmodi locorum sunt instituta, vt deseruiant pro sustentatione pauperum tantum, & ideo aliud onus agnoscere non debent.
- 3 Verum totum contrarium, & verius tenet Leiuus in examini. Episcoporum tit. de visitat. lib. 4. c. 26. n. 61. vbi affirmat omnes, qui visitantur esse obligatos ad procurationem, & in specie loquitur de Hospitalibus Societatibus ijs, Confraternitatibus, & Oratorijs.

RESOLVT. CLIII.

- 1 *Procuratio non exigitur ab Ecclesia paupere, nec a clericis pauperibus n. 2. datur cautela num. 5.*
- 3 *Paupertas excusat a multis oneribus.*
- 4 *Paupertas excusat a peritio.*

Procuratio an possit exigi ab Ecclesia paupere vbi visitatur.

- 1 **D**icendum est non posse procurationem hanc debitam Episcopo visitanti accipi ab Ecclesia paupere, Thesaur. fori Eccles. c. 16. n. 4. part. 2. Faber. decis. 15. C. de Episcop. & Cleric. Nouarius in opusculo iuris Pontificij conclus. 5. n. 5. sub rubrica de visitat., vbi etiam, quod nec a pauperibus Clericis est exigenda, ex c. cum instantia, & ibi glof. de censibus, Surd. de alim. quæst. 22. n. 6. tit. 4. vbi quod Episcopus de proprio expendere tenetur, Tiraquell. de nobilit. c. 9. n. 43. videmus enim paupertatem a multis oneribus excusare, & esse maximopere fauorabilem, vt latè demonstrat, & probat Benincas. in tract. de paupertat. quæst. 4. per totā. Viui. decis. 222. vbi dicit quod ideo paupertas priuilegijs pie causae gaudet, & fruitur quibuscumque priuilegijs, & immunitatibus quibus causae pie vtuntur, & sic paupertas prodest. si quis ad declinandum. §. fin. autem, C. de Episcop. & Cleric. l. illicitas, §. fin. ff. de offic. praesid.
- 4 Indè paupertas excusat a peritio, & sic in casibus in quibus pauperes non obseruant iuramentum, excu-

santur. Innocent. in c. 1. n. 8. de offic. deleg. Bal. in cap. quærelam num. 4. extra de iur. iurand. Rota in antiq. decis. 2. de Arbitr. Nec non paupertas ipsa excusat etiam a protestatione, Bal. in c. 3. de rescript. Felin. in c. si qui testium sub n. 10. de testibus, excusatque itidē paupertas ipsa emphyteutam, nē perdat emphyteusim Bald. in c. quærelam de iur. iurand. Ciof. conf. 31. n. 4. vol. 1. Et paupertas excusat etiam a desertione, appellationis, ne appellanti pauperi currant fatalia, Bald. in l. accepta 23. que. C. de vsur. & in l. 2. §. si quis, ff. si quis caut. Mathesil. fing. fin. Marfil. in l. 1. §. praeterea num. 86. ff. de quæst. Coctā in memorial. in verbo paupertas, latè Gratian. decis. Marchia 34. prout etiam excusat paupertas, vt excommunicatus absolui possit etiam non facta satisfactione ob paupertatem, vt in clement. 1. §. vtrum, & ibi Card. & in clem. 2. §. 1. vbi etiam glos. de haeretic. & est tex. in c. a nobis de sent. excommunic.

Et Ecclesia pauper nō soluit melioramenta facta in emphyteusi ad eam reuersa ob lineam finitam, de quo latius in Genuens. in practicabil. Eccles. quæst. 69. & paupertas excusat a solutione collectarum, vt plenè apud Nouarium in suo foliomeni tract. de priuileg. miserabilium personarum.

- 5 Hæc licet sint vera, æquius tamen est in similibus casibus, quando Ecclesiae visitatae sunt pauperes quod coniungantur cum alijs, quæ vnā procurationem componant, itaut singula illam non soluant, sed coniunctim c. procuraciones, de censibus.

RESOLVT. CLIV.

- 1 *Procuratio data a visitatis in pecunia vno anno non obligat ad annum sequentem, & de ratione n. 2.*

An si vno anno visitati dederint procurationem in pecunia, possint anno sequenti cogi ad idem, an ad eorum libitum slet variare.

- 1 **E**leganter notandum est quod si visitati elegerint vno anno procurationem prestare in pecunia, non possint anno sequenti cogi ad idem, sed variare, ad eorum libitum, valent Io. Andr. in c. Felicis de censibus in 6. Socin. de visitat. solu. 11. q. 6. Genuens. in praxi Archiepisc. Neap. c. 21. num. 7. quem refert, & sequitur Nouarius in suo opusculo iuris Pontificij concl. 5. num. 9. de visitat.
- 2 Cuius opinionis ratio est, quia ista sunt merè facultatis, & communis est conclusio in materia praescriptionis, vt ea quæ sunt facultatis praescribi non possint. l. viam publicam ff. de via public. vbi Bar. c. possessiones 16. quæst. 1. Abb. in c. quoniam frequenter §. in alijs, vt lit. nō contest. Afflicti. decis. 134. Gramm. cōsil. ciuil. 142. vnde si quis cōsuevit hospitari, vel dare par caponum multo tempore, non per hoc contra eum aliqua praescriptio super praedictis inducitur, Innocent. in cap. cum Ecclesia colum. 2. de caus. possed. & propriet. Abb. in c. quo ad translationem col. 1. in fin. de offic. ordin. Fel. in c. cum M. colum. 3. de constitut., quod est verum etiam in praescriptione immemorabili. Bertrand. conf. 3. colum. 1. vol. 2. & conf. 200. vol. 3. Paris. conf. 27. n. 56. volum. 1. Crauet. de antiquit. tempor. in quarta parte n. 214.

RESOLVT. CLV.

- 1 *Procuratio an praescribatur de iure communi, & quid stante S.C.T.*

Procuratio an hodie praescribi possit stante Conc. Trid. **C**ertum est quod de iure communi procuratio praescribi non potest, vt probatur in cap. cum ex officio, de praescript.

Tamen

Tamen aduertendum est, & notatu est dignum, quod hodie ex noua dispositione Sacri Concilij Tridentini sess. 24. cap. 3. de reformat. vtique præscribitur, nec peti potest, vbi illam non dandi viget consuetudo propter illa verba Concilij ibi.

In illis vero locis, seu Prouincijs, vbi consuetudo est, vt nec virtualia, nec pecunia, nec quicquam aliud à visitatoribus accipiat, sed omnia gratis fiant ibi id obseruetur.

Et iuxta hanc opinionem notarunt Piaseg. in praxi Episcopali. par. 2. cap. 3. num. 65. Gratian. disceptat. forens. 57. num. 19. quos refert, & sequitur recentissimè Nouarius in opusculo noui iuris Pontificijs concl. 5. num. 4. de visitat.

Quare cum aliquando essem consultus à varijs Illustrissimis Prælati, semper fui in ista opinione, dum forma dispositionis cit. text. de iure communi videatur correctæ per Concilium Tridentinum loco citato, vt annunt Præfati Doctores supra allegati.

RESOLVT. CLVI.

1 Procuratio non debetur Episcopo ambulanti per suum Episcopatum ratione crismandi.

Procuratio an debeatur Episcopo ambulanti per suum episcopatum ratione crismandi.

Quidam Episcopus dum per suam Diocesim iter faceret occasione crismandi prætendebat expensas, & quia multi erant renitentes hoc onus agnoscere, sui consultus quidnam sentiret, & pro parte negatiua consului, quia certum est, quod ubi Episcopus ambulat per suum episcopatum hac occasione crismandi expensas accipere nequit, neque Laici, neque Clerici ad illas tenentur, quia est proprium officium Episcopi confirmare, & illud tenetur facere, suis expensis Doct. super Concil. Trident. sess. 24. cap. 3. de reformat. Leuia in exam. episcoporum lib. 4. tit. 26. de visitatione num. 63. Sumus enim in odiosis, & onerosis, nec debent extendi de vno casu ad alium, ut in cap. odia de regul. iur. in 6. cap. statutum de election. vbi dicitur quod statutum de his, qui ad parochialium regimen assumuntur promouendis ad Sacerdotium intra annum alioquin ipsi Ecclesijs sint priuati, ad Collegiatas extendi non debet, quia cum sit odiosum restringi potius, quam ampliari debet, prout ita ad id hunc textum adducit Nouarius in sua praxi elect. & variat. fori quæst. 5. num. 5. sect. 2. in antiqua impressione Neapolitana.

RESOLVT. CLVII.

1 Procuratio debetur Capitulo Sede vacante visitanti.
2 Visitatio est actus iurisdictionis.

Capitulum Sede vacante an possit exigere procurationes debitas ratione visitationis.

Non est dubitandum huiusmodi procurationem deberi Capitulo Sede vacante visitanti, quia, vt inquit gloss. in clem. 1. §. propter quod, in verbo, capituli de elect. cum de iure communi Episcopus possit visitare, & procurationes suscipere tot. tit. de offic. ordin. visitatio autem sit actus iurisdictionis, in qua succedit Capitulum Sede vacante, cap. his, qui de maior. & obed. cap. cum olim eod. tit. sequitur quod eo casu capitulum visitationis munus exercere possit, & procurationes, quæ in eius consequentiam veniunt, recipere, idem tenent Archidiacon. in cap. si Episcopus num. 2. de supplen. neglig. prælat. lib. 6. Collect. in d. cap. cum olim num. 3. de maior. & obed. vbi Bald.

num. 1. Abb. num. 2. versic. sed indistinctè tenebam, Bellamer. num. 3. Felin. num. 3. vers. & limita, Cardin. in d. clem. 1. num. 17. in 9. quæst. in fine de hæret. Vital. ibid. num. 178. Gemin. in cap. 1. num. 4. & 5. de maior. & obed. in 6. & Franc. num. 5. qui refert Imol. dicere hanc opinionem veriorē esse Prop. ad Monach. in cap. Ecclesia num. 1. de supplend. neglig. prælat. in 6. Feder. de Sen. conf. 16. nu. 2. vers. item potest capitulum, Marc. Coc. in tract. de Visit. num. 4. vers. 11. quæro, Franc. Pauin. de offic. & potest. cap. Sede vacante quæst. 7. 1. quæst. princ. Rebuff. in praxi benefic. tit. de deuolut. num. 65. vers. poterit quoque, Et hanc etiam opinionem tenuit Rota in una Burgen. iuris visitandi 1. Iunij 1598. coram Orano, ubi agebatur de visitando Monasterio Monialium non exempto à iurisdictione Episcopi, & fuit dictum capitulum Sede vacante illud visitare posse, licet secus sit quando ageretur de quinto dubitat, & Felin. num. 3. ad fin. de maior. & obed. Soccin. in cap. qualiter, & quando, il secondo num. 185. & 191. ad fin. de accusat. Pauin. ubi supra num. 7. & 8.

Immo potestatem visitandi Sede vacante nedum Capitulum habet respectu generalis visitationis, quando visitatur Ciuitas, uel Diocesis, sed etiam respectu particularis, quæ potest institui contra certas personas subortas præcedenti diffamatione, Bonifac. in d. clement. 1. num. 177. & seqq. de hæret.

Et prædicta locum habent, etiam quando datur quasi Sedis episcopalis uacatio, ut puta Episcopo ab hostibus, uel Paganis capto, ut fuit dictum in eadem Burgen. 10. Martij 1597. coram Orano per text. in cap. si Episcopus de supplend. neglig. Prælatorum.

RESOLVT. CLVIII.

1 Procuratio duplex num debeatur vbi eadem die plures visitantur Parochie.

Procuratio duplex, an debeatur, vbi eadem die plures visitantur Parochie.

Exemplum quæstionis supradictæ pone, quod Episcopus visitaret vnā Parochiam, vbi sibi contingeret, procuratio vna, & si duas una die, an duæ procurationes, responderetur, quod vna tantum, quia tam iura antiqua, quam nouissima victui necessaria visitantibus solum consuluerunt, quia id solum erat necessarium fundatum in iure diuino, non alligabis os boui tituranti, & illud Apost. primo Corinth. 9. relatum in cap. si Episcopus de offic. ordinat. lib. 6. ab eo metuntur temporalia, per quem spiritualia seminantur, cap. cum ad quorundam de excess. prælat. Silu. loc. cit. §. 5. facit cap. procurationes, ubi habetur ne numerus procurationum excedat numerum dierum, & cap. cum uenerabilibus decens, ubi habetur, quod visitationi est annexa procuratio, & si fecus visitatores facerēt malitiosè pro: alinādo ad lucran das procurationes, uel à duabus Parochijs unica die uisitatis duas acciperēt tenentur ad restitutionem, Deūq; haberent ultorem, per dicta superius ad 4. & per ea, quæ dicit Nau. à simili de Medico, & Aduocato cap. 25. num. 64. & 30. & gloss. in clem. 2. in vers. una die de cens. & cap. felix eod. tit. lib. 6. circa finem, benè uerum est, quod ipsi uisitati possunt diuidere expensas faciendas, & soluendas uisitatoribus inter se.

Et in terminis proprijs, quod ubi Episcopus una, eademque die plures uisitat Parochias unam tantum procurationem habere debeat, & non plures, notat in specie Nouarius in opusculo noui iuris Pontificijs, conclus. 5. num. 6. sub rubric. de uisitat. & ita solet prædicari à bonæ conscientie uiris, & uidi pluries seruatum à bonæ memoriæ Eminētissimis Dominis Cardinalibus.

dinalibus Aquaniua, & Carafa Archiepiscopis Neapolitanis, tempore, quo in mea iuuentute apud ipsos Iudicis officio fungerer existens Canonicus eiusdem Cathedralis Ecclesiæ.

RESOLVT. CLIX.

- 1 *Episcopi solent visitari facere per Vicarios, & alias dignitates.*
- 2 *Procuratio debetur Episcopo visitanti tantum personam.*

Procuratio an debeatur Episcopo, ubi visitat per interpositam personam.

- 1 *S*olent quandoque Episcopi locorum Ordinarij visitari facere Diocesim per eorum Vicarios, Archidiaconos, vel alias dignitates, quare posset dubitari, si Episcopo competat in tali casu procuratio, & quidem ego in collect. decis. par. 3. collect. 592. versic. limita nunc, fui in opinione negatiua, quia procuratio debetur Episcopo visitanti personam, ut cautum est in cap. procuraciones de censibus, quam meam opinionem in specie sequitur Nouarius in opusculo noui iuris pontificij conclus. 4. sub num. 1. sub rubric. de visitat. ubi etiam ad id allegat Nald. in summa in verbo visitare num. 4.

Licet Zerola in praxi Episcopali in verbo visitatio dub. defendat, ut quando Episcopus visitat per alium tenentur visitati ad singula ipsi visitatoribus, ac si Episcopus visitaret, taliter quod dicendum est veram esse opinionem illam, quod Episcopus ubi non visitat personaliter, nequit accipere procuracionem, sed non per hoc negari potest, quin debeatur illis, qui nomine Episcopi visitant, prout ita statutum est in cap. si Episcopus de officio Ordinarij, cuius verba proprie, prout ibi sunt, hic transcribere volui, & sunt, quæ sequuntur. Si Episcopus suam Diocesim, ubi ei à iure permittitur, faciat per alium visitari, licet ille ipse habeat in alijs necessarijs providere, ij tamen, qui visitantur ministrare tenentur expensas vidualium visitanti, cum secundum Apostolum sit magnum, si ab eo metantur temporalia, per quem spiritualia seminantur, idem tamen Episcopus cum personaliter non visitat, nihil prorsus ab ijs, qui per illum, quem deputat, fuerint visitati exigere poterit, aut debet.

PRAXIS LOCORVM PIORVM
sub Regum immediata protectione existentium.

RESOLVT. CLX.

- 1 *Episcopi visitare tenentur non solum singulas Ecclesias, sed & cetera loca diocesana.*
- 2 *Loca pia subiecta immediatè protectioni Regiæ sine eorum licentia visitari nequeunt.*
- 3 *In dubio Ecclesiæ, & loca pia præsumuntur subiecta Episcopo Diocesis.*

Loca pia, quæ sub Regum immediata protectione sunt, an possint visitari ab Episcopo.

*Q*uamuis quolibet anno, vel si Diocesis tam ampla sit, ut anni spatio comodè circui nequeat saltem singulis duobus annis eorum gregem per semetipsos, nisi fuerint impediti visitare debeant Episcopi, ut disponitur per Sacrum Concilium Tridentinum sess. 24. de reformat. cap. 3. & una simul tanquam Sedis Apostolicæ delegati visitare tenentur non solum singulas Ecclesias, & Monasteria, sed etiam, & alia loca sacra, quæ in sua Diocesi reperiuntur, vt

idem Sacros. Concil. Trident. mandat cap. 8. de reformat. sess. 7.

- 2 *Tamen vigore eiusdem Conciliaris dispositionis sess. 22. de reformat. cap. 8. non possunt ab Episcopo visitari loca pia, quæ sub Regum immediata protectione sunt sine eorum licentia, prout, & recenter quoque meminit ultra alios antiquiores. Nouar. in suo opusculo noui iuris Pontificij conclus. 4. num. 2. sub rubrica de visitatione, & videndus est Bouadill. in sua politica lib. 2. cap. 18. num. 218. num. sequ. qui loquitur de hospitali Regio, quod est de iure patronatus Regio, vt non possit visitari per Prælatum sine licentia Regis.*

Vnde licet Episcopus de iure communi habeat intentionem fundatam, quod valeat visitare omnes Ecclesias sibi subiectas, cap. 1. §. hanc autem de censibus in 9. & subiectæ præsumuntur quæcunque existentes in ipsa Diocesi, Rot. decis. 286. n. 2. par. 1. diuers. Marefcott. var. resolut. lib. 2. cap. 15. Tamen id cessat, ubi tales Ecclesiæ essent sub Regum immediata protectione.

RESOLVT. CLXI.

- 1 *Ad loci Ordinarium pertinet cognoscere an loca pia sint exempta.*

Locus pius an sit sub protectione Regis, num cognosci debeat per Episcopum.

*I*n facti contingentia sui requisitus, quid sentirem, si ubi Episcopus intendit visitare locum pium, & excipitur illum esse sub protectione Regiæ, & consequenter esse exemptum à visitatione, si id debeat cognosci per Episcopum.

Et fui in opinione affirmatiua spectare scilicet ad loci Ordinarium id cognoscere, prout & ita determinauit Sacra Congregatio Illustrissimorum Cardinalium Concilij Interpretum per hæc verba.

Congregatio censuit si Episcopo hospitale aliquod visitare volenti opponatur exceptio, quod sub immediata Regum protectione existat, utique ad ipsummet Episcopum talis exceptionis cognitionem, & diffinitionem pertinere.

Et iuxta hanc eandem opinionem scripserunt quoque Marta in tract. de iurisd. par. 2. cap. 18. num. 8. qui de eadem declaratione Sacre Congregationis meminit, & Costa concl. 4. num. 3.

RESOLVT. CLXII.

- 1 *Hospitalia eatenus dicuntur exempta, quatenus expressè sint sub protectione Regiæ.*
- 2 *Exclusio inducta à statuto non procedit nisi in casu, & persona expressa.*
- 3 *Extensio non conceditur in correctorijs.*

An omnia Hospitalia, quæ sunt in Ditionibus, & Regnis Regum sint exempta à visitatione.

*S*acra Congregatio Eminentissimorum Concilij Interpretum declarauit, quod exceptione hospitalium, quæ sub Regum protectione immediatè sunt, vt sine eorum licentia non possint ab Episcopis visitari, non comprehendantur omnia hospitalia, quæ sunt in eorum ditionibus, & Regnis sed illa tantum quæ expressè reperiuntur sub Regum protectione.

Cuius declarationis ratio euidentissima esse videtur, nam Concilium sess. 22. de reformat. cap. 8. loquitur præcisè de illis hospitalibus, quæ sub Regum immediatè protectione existunt, vnde non debet extendi ad alia, & de casu ad casum, quia quod Concilium non